Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



in latitudine. Si altare holocausti de quo supradictū
est generalit̄ uitam designat iustoꝝ qui carnem suā
cotidie crucifigere cum uitiis & concupiscentiis atq;
in hostiam uiuentem dn̄o offerre consuer̄. Quid hoc
altare in adolentū thymiama factū. Nisi specialem
quorundam perfectoꝝ uitam significat. Neq; enim
frustra in illo carnes animalium incendebantur.
In hoc adolebatur incensum. Nisi quia in illo figura
bantur hii qui n̄ scd̄m desideria carnis ambulant.
sed quasi hae dn̄o immolantes. om̄s sui corporis sensus
per ignem sc̄i sp̄s eius uoluntati dedicant. In isto aū
illoꝝ typus exprimitur qui maiore mentis perfec
tione extinctis prorsus ac sopitis in lacebris omnibus
carnis. sola dn̄o orationū uota offer̄. Nil quidem de
carne qd̄ se inpugnet. nil de conscientia peccati unde
conturbentur ac paueant habentes. sed dulciū profu
sione lacrimarū optantes uenire & parere ante faciem
dī. Unde apte hoc altare intus in uicinia ueli & arcae
illud ante tabernaculū foris positū ē: quia nimirū illi
in conspectu scāe & cl̄ae cunctis in exemplo uis tutum
praefulgent. Isti altioris ardori desiderii contempla
tione futurae beatitudinis ē & corpore decenti. n̄ mini
mū propinquant. Apte illud aere hoc uestiri auro
praecipitur. Aes namq; plus aliis metallis sonorum